appollo seruiuit admeto Postquos fuit troie subuersio
quam homerus longo sequitur interuallo Homerus autem solone et
talete milesio ceterisque qui cum his septem sapientes appellati sunt
multo prior reperitur Deinde Pitagoras extitit qui se non
sapientem ut priores sed philosophum id est amatorem sapientie
dici uoluit quem secutus socrates platonem erudiuit a quo [illegible]
partes in partes philosophia diuisa est Horum singulos iuxta ordinem
historie suis locis inseremus Igitur moises cunctos quos supra
enarrauimus uel memorauimus antecedit quod etate tercii ... fuisse
monstratus est Ab octogesimo autem anno moisi et egressione el
quo egypto iussu ad superiora conuersus usque ad primum annum
abrahe reperies anno dv^tos quo similiter a xliii° anno certo
pis usque ad ninum et Semiramidem assiriorum principes d... suppu
tabis. Primus quippe omni asie exceptis indis Ninus beli filius
imperauit Itaque manifestum est Abraham nini etate generatum
iuxta eum tamen numerum quem contradictorie contractiore editione
uulgatus sermo prebet hebreus Verum maiori stante necesse et
cum diuinam scripturam diligenter euolueris a natiuitate abraham
usque ad totius orbis diluuium inuenies retrorsum annos ccxcii
Item a diluuio ad adam M dcliii in quibus nulla penitus
greca nec barbara et ut in commune loquar nulla gentilis inue
nitur historia Quamobrem omnes historiarum scriptores a nino
qui suo regno non contentus aliena inuasit et ideo primus regnasse
se dicitur temporum incipiunt digestiones Nos ab ipso mundane crea
tionis primordio incipientes generationes patrum ab adam usque ad
noe et a noe post diluuium usque ad abraham describamus Deinde ad
ceteris scriptoribus ab abraham et nino usque ad nostram etatem infe
riora tempora prosequemur Et statim in principio sui commemorato
belo nini patre et egialeo sitioniorum rege hebreorum Abraham et
Assiriorum ninum et semiramidem proponimus quod neque atheniensium
adhuc urbs neque argiuorum regnum nomine ceperat solis sicio
niis in grecia florentibus apud quos temporibus abrahe et nini europs
secundum regnasse fertur Quod autem etiam et nos putemus demonstra
bitur in sequentibus Si enim diligenter enumeres a xliii anno
nini usque ad troie captiuitatem inuenies annos dcc xxxiii
Item in sicione xxxiii^mo anno regis europis usque ad supradictum tempus